



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

6. Domin. IV. post Epiph. de sedata maris te[m]pestate. Matt.8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

16. MEDITATIONES IN

Centurionis virtutes imiteris. Quo enim plura dona à Deo accepisti, hoc grauius punieris, si eis vsus non fueris.

DOMINICA IV. POST EPIPHANIAM.

De sedata maris tempestate. Mat. 8.

DORMIENTE Christo coorta est in mari vehemens tempestas. Considera Christo dormiente in naui, angelos ascendisse & descendisse de cœlo, vt accidit Iacob patriarchæ dormienti in Bethel, Genes. 28. 2. licet in naui Ecclesiæ, vel Religionis cū Christo sis, tamen ideo te non immunem fore à tentationibus dæmonis, mundi, & carnis, imò magis obnoxium. Omnes qui *piè viuere solunt*, ait Apostolus; *persecutionem patientur.* 3. Christum tum dormire, & permittere nos tentari, quando nos in fide imperfecti, & tepidi in diuino seruitio sumus, vt primo agnoscamus nostram infirmitatem. 2. vt eius auxilium inuocemus. 3. vt cooperemur, & faciamus quod in nobis est. 4. vt plus mereamur certando. 5. vt consolatio sequatur maior, post superatā tentationem.

Excitarunt eum à somno territi discipuli: quos

DOMINIC. TOTIVS ANNI. 17

quos de fidei leuitate arguit. (*Quid timidi estis modica fidei?*) Considera, quanta consolatio sit homini Catholico, vel religioso, dum sciat secum esse Christum, maxime si crebro communicet: quia in qualibet tribulatione potest eius auxilium inuocare. 2. cogita merito Christum discipulos arguere de nimio timore, & modica fiducia, quia omnes, etiam qui pij esse cupimus, in eo ferè delinquimus, quod nimis timidi simus, vt v. c. ne rideamur ab aliis, vel nimis pusillanimes, in grati tentatione superanda, nec plenè in diuina gratia confidamus; & ideo nec proficimus.

Ventis & mari praecepit, vt conuiescerent 3.
& facta est statim tranquillitas. unde obstupentes homines dicebant. (*Qualis est hic, quia ventis & mare obediunt ei.*) Considera, quam admiranda sit Dei potentia, quod omnes creaturae licet rationis expertes, ac etiam furiosum mare, ad nutum obediat; solus verò homo ad imaginem Dei factus, rationis compos, obedire aliquando nolit. Hoc enim magis est stupendum, quam illud. 2. quanta Dei sit bonitas, vt licet culpabiles simus saepe & immorigeri, tamen statim atque opem eius implorauerimus, sedet tempestatem tentationum daemoris, mundi, &

B di, &

di, & carnis 3. considera in hoc consistere perfectionem obedientiæ creaturæ erga creatorem, subditi erga superiorem, quem loco Dei habet, vt statim nulla mora interposita obediat, & imperata exequatur.

DOMINICA V. POST EPI-
PHANIAM.

De bono semine & Zizaniis.

Matt. 13.

1. SIMILE est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Considera regnum Dei esse intra nos, vt dicit Christus. ager est anima nostra, quam primo aratro contritionis proscinde. 2. semen boni propositi de vita, vel vitio emendando in eam iniice. 3. orationibus feruentibus & lacrymis irriga. 4. mortificatione quotidiana subiice, donec moriatur mundo. nisi enim granum mortuum fuerit ipsum solum manet. 5. in dies proficere stude, vt cum semen ad maturitatem spicæ venerit in hora mortis, illud in horreum vitæ aternæ ministris angelis colligas.

Ioan.

12.

*Cum dormirent homines, inimicus super-
2. seminavit zizania, & abiit. Cogita simu-
latiq; bonum aliquod propositum feceris,*

non